 10 τοῦ μυστικοῦ καὶ τῶν ἀπορρητοτέρων αὐτοῦ κεινωνός. τὸν δὲ πατρίκιον Κοσμάν ἐν τῷ ὥρολογίῳ τύπας ὁ βασιλεὺς διεδέξατο. προβάλλεται δὲ ἀντὶ τοῦ μυστικοῦ Ἰωάννου Θεοφάνη πρωτοβεσιτάριον καὶ παραδυναστεύοντα. ἐγένετο δὲ τὸ  
 15 καὶ χάσμα γῆς μέγα καὶ κατάπληκτον, ὥστε πολλὰ χωρία καὶ ἐκκλησίας ἀνάνδρους καταποθῆναι.

Μαίῳ δὲ μηνί, εἰκάδι ἐβδόμη, δεκάτης πέμπτης Ἰνδικτιῶνος, Συμεὼν ὁ ἄρχων Βουλγαρίας ἐτελεύτα, Πέτρον υἱὸν αὐτοῦ προβαλόμενος ἄρχοντα, ὃν ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ  
 20 ἔσχεν γυναικός, τῆς ἀδελφῆς Γεωργίου τοῦ Σουρσουβούλη, ὃν καὶ ἐπίτροπον τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ὁ Συμεὼν καταλείπειν. τὰ κύκλω οὖν ἔθνη τὴν τοῦ Συμεὼν μαθόντα τελευτήν ἐκοτρα-

potestas permittitur. ingens quippe imperatoris erat in eum affectus. accusationem porro coram imperatore urgentibus adversariis, examine habito, vera esse quae obiicerentur eum imperator agnovit, detentum interrogare proposuerat. qua re praevisa fugam prior arripit, et in monasterium nomine Monocastanum secedens monasticam suscipit tonsuram. fugit pariter Constantinus Boelae filius, mensae praefectus, familiaris et ei bene affectus; et in Olypium montem digressus monastico induit habitu. timebat enim ipse ceu consiliorum mystici conscius et secretorum eius omnium particeps. patricium autem Cosmam magistratu exauctoratum ad Horologium verberibus imperator emendavit: Ioannis vero mystici vices obiturus Theophanes protovestiarium et imperii administrator promovetur. tunc in provincia Thraciae terrae motus horrendus factus est hiatusque stuporem asserens, ita ut plura praedia et ecclesiae cum hominibus absorpta sint.

Maii porro mensis die vicesimo septimo, indictione quinta, Simeon Bulgariae princeps diem obiit, Petro filio, quem ex secunda coniuge suscepit, sorore videlicet Georgii Surzubulis, quem filius procuratorem dedit, principe relicto. exinde circumpositae regiones, audita Simeonis morte, adversus Bulgaros arma suscipere meditabantur. fame autem una cum locustarum pernicie Bulgarorum terras depa-

τεύειν κατὰ Βουλγάρων ἐβουλεύοντο. λιμοῦ δὲ σὺν ἀκρίσει  
 τὸ Βουλγαρικὸν ἔθνος ἐκπιέζοντος ἐδεδείσαν τὴν τῶν Ῥω-  
 P. 503 μαίων ἐπέλευσιν. βουλὴν οὖν ποιησάμενοι κατὰ Ῥωμαίων  
 ἔκστρατεύουσιν καὶ ἐν Μακεδονίᾳ καταλαμβάνουσιν. ἔπειτα  
 μαθόντες ὅτι μέλλει κατ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἔκστρα- 5  
 τεύειν, ἀποστέλλουσι Πέτρον τε καὶ Γεώργιον κρυφίως τινὰ  
 μοναχόν, Καλοκῆριν ὀνομαζόμενον, τῷ γένει Ἀρμενιακόν, χρυ-  
 σόβουλλον ἐπιφερόμενον. διηγόρευε δὲ τὰ ἐν αὐτῷ ὡς τὴν  
 μετὰ Ῥωμαίων εἰρήνην ἀσπάζονται οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ γα-  
 μικὸν ποιῆσαι συνάλλαγμα. τὸν τοιοῦτον οὖν μοναχὸν ὁ βα- 10  
 σιλεὺς ἀποδεξάμενος ἀσμενέστατα, παρενθῦ ἀπέστειλεν μετὰ  
 δρόμωνος ἐν Μεσημβρίᾳ τὸν μοναχὸν Θεόδωρον τὸν Ἀβούκην  
 B καὶ βασιλικὸν κληρικὸν τὸν Ῥόδιον τὴν εἰρήνην συλλαλήσαι  
 τοῖς Βουλγαροῖς. οἱ δὲ παραγενόμενοι καὶ τὰ εἰκότα συλλαλή-  
 σαντες ἐξῆλθον ἅμα Στεφάνῳ Βουλγάρῳ διὰ τῆς ξηρᾶς. ὅπ- 15  
 σθεν δὲ αὐτῶν κατέλαβεν καὶ Γεώργιος ὁ Σουρσουβούλης, καὶ  
 παραγενόμενοι ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν εἰρήνην ἐσπέισαντο.  
 Θεασάμενοι δὲ τὴν θυγατέρα Χριστοφόρου βασιλέως Μαρίαν,  
 καὶ μεγάλως ἐπ' αὐτῇ ἀρεσθέντες, ἔγραψαν τῷ Πέτρῳ διὰ  
 τάχους παραγενέσθαι. τοῦ Βουλγάρου οὖν Πέτρου καταλα- 20  
 βόντος, τρίηρι ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπιβὰς ἐν Βλαχέρναις  
 C παρεγένετο καὶ τὸν Πέτρον ἐθεύσατό τε καὶ κατησπάσατο.  
 ἐπεὶ δὲ ἀλλήλοις τὰ εἰκότα συνώμιλησαν, γράφοντες τὰ σύμ-

scente, Romanorum timerunt incursus. habito itaque consilio ad-  
 versus Romanos ipsi armantur, et per Macedoniam effundunt exerci-  
 tum. cum audissent vero Romanum imperatorem copias in eos pa-  
 rantem, Petrum et Georgium quemdam monachum, cognomine Calo-  
 cyrim, genere Armenum, auream bullam ferentem latenter delegat.  
 bullae series erat Bulgaros non pacem modo cum Romanis amplecti,  
 sed et connubiorum foedera prosequi. monachum huiusmodi cum  
 imperator lubentissime suscepisset, celocem expediit confestim, et  
 monachum Theodorum Abucem et regium clericum Rhodonatum, ut  
 de pace cum Bulgaris tractarent, Mesembriam destinavit. illi profeci-  
 ti et negotiis accommoda collocuti una cum Stephano Bulgaro per  
 continentem iter egerunt. retro eos Georgius Sursubules appulit, et  
 Cpolim cuncti convenientes pacis foedera sanxerunt. Mariam vero  
 Christophori imperatoris filiam contemplati, et eius summpere delectati  
 aspectu, Petro scripserunt ut quantocius accederet. Petro Bul-  
 garo adveniente, consensis triremibus ad Blachernas imperator Ro-  
 manus se contulit, viditque Petrum et salutavit. ut vero de negotio-  
 rum difficultatibus convenerunt, conscriptis pacis condicionibus nu-  
 ptiales contractus peregunt. Octobris deinde mensis die octave



φωνα τῆς εἰρήνης καὶ τὰ γαμικὰ ἀλλάγματα, ὄγδοη δὲ τοῦ  
 Οκτωβρίου ἐξῆλθεν ὁ πατριάρχης Στέφανος ἅμα Θεοφάνει  
 πρωτοβεστιαρίῳ καὶ Μαρίᾳ τῇ τοῦ βασιλέως Χριστοφόρου  
 θυγατρὶ καὶ πάσῃ τῇ συγκλήτῳ εἰς τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας  
 5 Θεοτόκου τῆς Πηγῆς, καὶ εὐλόγησεν Πέτρον τε καὶ Μαρίαν.  
 λαμπρᾶς δὲ καὶ πολυτελοῦς γενομένης τραπέζης, καὶ πάντων  
 τῶν εἰθισμένων τοῖς γάμοις φαιδρῶς ἐπιτελεσθέντων, εἰσῆλ-  
 θεν Θεοφάνης πρωτοβεστιαριος ἅμα Μαρίᾳ τῇ θυγατρὶ τοῦ  
 βασιλέως ἐν τῇ πόλει. τῇ δὲ τρίτῃ τοῦ γάμου ἡμέρᾳ ἐποίη-  
 10 σεν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εὐωχίαν λαμπρὰν ἐν τῇ τῶν Πη-  
 γῶν ἀποβάθρᾳ. τῶν δὲ Βουλγάρων ἔνστασιν οὐ μικρὰν ποιη-  
 σαμένων πρότερον εὐφημεῖσθαι Χριστοφόρον, εἰθ' οὕτω Κων-  
 σταντῖνον, ὑπειξεν τῇ ἐνστάσει ὁ βασιλεὺς, καὶ γέγονεν ὄπερ  
 ᾗτήσαντο. ἐπειδὴ δὲ πάντα ἐν τοῖς γάμοις συνετελέσθησαν,  
 15 καὶ ἔμελλε Μαρία τὴν πρὸς Βουλγαρίαν ὁδὸν ὁδεύειν, οἱ  
 ταύτης γονεῖς μέχρι τοῦ Ἑβδόμου συνεξῆλθον αὐτῇ, περιχυ-  
 θέντων τῇ θυγατρὶ, καὶ πολλὰ κατέχευαν τὰ δάκρυα, καὶ ὡς  
 εἰκὸς ἐπὶ στερήσει σπλάγχνου πεποθημένου. τὸν τε γαμβρὸν  
 ἀσπυσάμενοι καὶ ταύτην ταῖς τούτου χερσὶ περιθέμενοι ἐν  
 20 τοῖς βασιλείοις ὑπέστρεψαν. Μαρία δὲ Βουλγαρικαῖς περα-  
 δοθεῖσα χερσὶν τῆν ἐπὶ Βουλγαρίαν ἀπήει.

Τότε δὲ πρόσβεις πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν ἐκ Μελι- P. 504  
 τινῆς παρεγένοντο εἰρηρικὰς σπονδὰς ποιῆσαι. μετ' οὐ πολὺ

progressus patriarcha Stephanus una cum Theophane protovestiariorio  
 et Maria Christophori imperatoris filia et universo senatu ad sanctis-  
 simae deiparae templum ad Pegas, Petrum et Mariam coniugali be-  
 nedictione sociavit; mensaque sumptuosa et magnificentissima instru-  
 cta, cunctisque ad nuptiarum solemniam spectantibus rite splendideque  
 peractis, Theophanes protovestiariorius una cum Maria imperatoris filia  
 in urbem reversus est. die autem nuptias sequente tertio Romanus  
 imperator in machina sive tabulato ad Pegas magnificum paravit con-  
 vivium. non minima porro contentione a Bulgaris excitata, ut prius  
 Christophorus, deinde Constantinus acclamationum precibus excipe-  
 retur, votis eorum imperatore obsecuto, quod petebant praestitum  
 est. nuptiarum autem celebritate peracta, Mariaque in Bulgariam iter  
 capescere iam iam parata, Hebdomum usque parentes eam prosecuti  
 sunt; ibi eam circumfusi, et largo lacrimarum impluvio madidi, ut  
 dilectorum praecordiorum usu orbis contingere solet, tristabantur;  
 tandemque generum, filia eius potestati tradita, deosculati in regiam  
 reversi sunt. sic Maria Bulgarorum manibus tradita in Bulgariam pro-  
 secta est.

Eo tempore legati pacis foedera composituri e Melitine ad im-

Ἀπόκαψ ὁ τοῦ Ἀμῆρ ἔχγονος, ἀμηρᾶς τῆς Μελιτινῆς, καὶ ὁ Ἀπολασαῦθ στρατηγὸς εὐγένεστατος καὶ πλούσιος ὢν ἐκ Μελιτινῆς παρεγένετο. ἀποδεχθέντες οὖν μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς παρὰ Ῥωμανοῦ, καὶ σύμφωνα εἰρήνης ποιήσαντες, ἐπέστρεψαν πρὸς τὰ ἴδια. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἀπόκαψ, ἀνδρὸς φρονίμου καὶ συνετοῦ, διέλυσαν τὴν εἰρήνην. ἐκστρατεύουσι δὲ κατ' αὐτῶν ὁ τε δομέστικος τῶν σχολῶν Ἰωάννης ὁ Κουρκοῦας μετὰ καὶ τῶν θεμάτων καὶ ὁ Μελίας μετὰ τῶν Ἀρμενίων· καὶ εἰς τσαύτην στένωσιν τὴν Μελιτινὴν παρέβίστησαν ὥστε αὐτὴν συντομώτατα ἐκπορθῆσαι καὶ ἐπ' ἐδάφους καταστρέψαι. ταύτην οὖν Μελιτινὴν εἰς κουρατωρίαν ἀποκαταστήσας ὁ βασιλεὺς πολλὰς χιλιάδας χρυσοῦ καὶ ἀργυροῦ ἐκέλευεν δασμοφορεῖσθαι ἐτησίως πεποιήκεν.

Κατηγορήθη δὲ Νικήτας ὁ μάγιστρος καὶ πενθερὸς Χριστοφόρου βασιλέως ὡς ὑποτιθέμενος αὐτῷ κατὰ τοῦ ἰδίου γενέσθαι πατρὸς καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐξεῶσαι. τοῦτον οὖν ἐξαγαγόντες τῆς πόλεως ἀπέκειραν μοναχόν.

Μηνὶ δὲ Ἰουλίῳ, ὀγδόῃ καὶ δεκάτῃ, Ἰνδικτιῶνος ἕκτης, τελευτᾷ Στέφανος πατριάρχης· Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ ἄγουσι Τρύφωνα μοναχόν ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἀγιότητι μαρτυρούμενον, καὶ χειροτονοῦσι πατριάρχην, μέχρις ἂν εἰς μέτρον ἡλικίας φθάσῃ Θεοφύλακτος ὁ Ῥωμανοῦ τοῦ βασιλέως νιός, ὃν ἐμελλον πατριάρχην χειροτονεῖν Κωνσταντινουπόλεως. εἰκάδι δὲ

peratorem Romanum accesserunt. non diu post Apocaps Amer nepos, Melitines ameras, et Apolasath dux nobilissimus et ditissimus Melitinae advenit. isti congruis honoribus a Romano excepti, pacis conditionibus firmatis, in patriam reversi sunt. Apocaps autem, viro prudente et sagaci, vivis erepto pacem continuo dissolverunt. in eos autem irrumpunt scholarum domesticus Iouannes Cureuas, una cum legionibus, et Melias cum adiunctis sibi Armenis; et ad eas angustias Melitinem adigunt, ut eam e vestigio vastent et funditus ad solum evertant. Melitinem igitur in curatoriam instituit imperator, plurimis auri et argenti milibus annuatim colligendis eidem impositis.

Nicetas autem magister et Christophori imperatoris socer quasi in patrem insurgendi consilium dedisset et eum imperio deicere suavisset, accusatus est. eum propterea urbe pulsum detonderunt monachum.

Mensis autem Iulii die decimo octavo, Indictione sexta, Stephanus patriarcha moritur: tum Decembri mense Tryphonem monachum, pietatis et sanctitatis testimonio insignem, ordinant patriarcham, donec aetatis metam imperatoris Romani filius Theophylactus, quem Cpolis patriarcham creare statuerant, attigisset. vicesimo porro et

πέμπτη τοῦ αὐτοῦ μηνὸς χειμῶν μέγας γέγονεν, ὥστε κρυ-  
σταλλωθῆναι τὴν γῆν ἐπὶ ἡμέρας ἑκατὸν εἴκοσι, ὅθεν καὶ γέ-  
γονεν μέγας λιμὸς καὶ θάνατος πολὺς, ὥστε μὴ δύνασθαι  
τοὺς ζῶντας ἐκκομίζεῖν τοὺς τεθνεῶτας. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥω-  
5 μιανὸς τὴν ἀφόρητον ἐκείνην βίαν κατανοήσας ἀξίαν τῆς αὐ-  
τοῦ συμπαθοῦς ἐλεημοσύνης πρόνοιαν ἐποίησατο, πολλαῖς  
ἐλεημοσύναις τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ παραμυθησάμενος ἔνθειαν·  
ἀνέφραξέ τε θυρίσι καὶ σανιδώμασι τὰς τῶν ἐμβόλων στούς,  
ὥστε μὴ τὴν χιόνα καὶ τὸ ψῦχος ἐκείθεν ἐπεισιέναι τοῖς πέ- D  
10 νησι. τότε δὲ καὶ τὰς λογομένας ἄρκλας ἐν πᾶσι κατεσκεύασε 117  
τοῖς ἐμβόλοις, ἀργυρίον τε κατὰ μῆνα τοῖς ἐνταῦθα κατακει-  
μένοις πένησι διδόνθαι διετάξατο, καὶ τὰ μηνιαῖα τριμήτια 118  
ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς πένησι διανέμεσθαι, ὡς εἶναι τὰ δι-  
δόμενα τοῖς τε ἐν ταῖς ἄρκλαις πτωχοῖς καὶ τοῖς ἐν ταῖς ἐκ-  
15 κλησίαις ἀργύρου ἐγκεχαραγμένου χιλιάδας δώδεκα. καὶ  
ταῦτα ἢ συμπαθῆς ἐκείνου ψυχῇ διετύπωσεν τῶν πενήτων  
προνοουμένη. ἀλλὰ καθ' ἡμέραν τρεῖς αὐτῷ συνεσιέειν πέ-  
νητας διετάξατο, οἱ ἀνὰ ἐν ἐλάμβανον νόμισμα. τετράδι δὲ  
καὶ παρασκευῇ τρεῖς πένητες μοναχοὶ τούτῳ συνήσδιον, τὸ  
20 τετυπωμένον λαμβάνοντες νόμισμα. ὕπερ δὲ ἐν τοῖς μονα-  
στηρίοις εἶωθεν γίνεσθαι, ὥστε ἐν τῷ καιρῷ ἀναγιγνώσκειν τῆς P. 505  
ἐσιτιάσεως, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐποίει, διπλὴν ἑαυτῷ καὶ τοῖς  
δαιτυμόσι τὴν τράπεζαν παρατιθείς, ὥστε τὸ μὲν σῶμα τρέ-

#### 6. καὶ ἐλεήμονος φύσεως Anonymus

quinto die mensis eiusdem adeo aspera invaluit hiems, ut terra per  
dies centum et viginti gelu concreveret; ex quo fames ingens et  
mortalitas immensa pervagata est, adeo ut vivi mortuis efferendis non  
sufficerent. Romanus autem imperator intolerandam illam calamita-  
tem contemplatus, affectus ad misericordiam proclivis digna exhibuit  
argumenta, eleemosynarum liberalitate plurima famis indigentiam con-  
solatus. exinde porticum spatia tabulatis distinxit, et fenestras ap-  
posuit, ita ut nix et frigus in pauperes per ea non ingruerent. eo  
tempore cunctis in porticibus arclas ita dictas disposuit, et egenis  
ibidem iacentibus argenteos nummos per menses singulos praecepit  
distribui, et menstua trimitia per ecclesias in alios pauperes dividi,  
adeo ut quae per arclas et ecclesias erogarentur argenti cusi numismata,  
ad milia duodecim numerarentur. haec in misericordiam et pietatem  
propensus ovis animus, liberalis pauperum provisor, donari sanxit.  
egenos insuper ternos diebus singulis secum comedere voluit, singu-  
lisque nummum unum distribuebat. feria vero quarta et parasceue  
monachi tres egentes illi convivabantur, qui definitum accipiebant  
numisma. quod in monasteriis observari solet, ut cibi tempore ha-

119 φεσθαι τῇ συνήθει τροφῇ, τὴν δὲ ψυχὴν κατενόσαστο καὶ  
 πολλὰς ἰδακρύων ἠφίει πηγὰς. οὐκ ἐθέασατό ποτε μοναχὸν  
 ἀρετῆς ἀντεχόμενον, ᾧ τινὲς τὰς ἑαυταῦ πράξεις σὺν πολλοῖς  
 οὐκ ἐξηγόρευσεν δάκρυσιν. πάσας τὰς τῆς πόλεως ἐκκλησίας  
 πέπλοις διαφανέσι καὶ φωταγωγίαις λαμπρῶς κατεκόσμη. 5  
 ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ὄρεσι μοναχοῖς τῷ τε Ὀλύμπῳ καὶ τῷ Κυ-  
 120 μῆνᾳ καὶ τῷ τοῦ Βαραχάου ὄρει οὐ διέλιπον ἐτησίους ῥογὰς,  
 Βᾶς διστύπασεν.

Τῶν ἀπείρων αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ ἐλεημοσυνῶν  
 διεξήλομεν. Πέτρῳ δὲ τῷ Βουλγάρῳ ἐπέθετο Ἰωάννης ὁ 10  
 121 ἀδελφὸς αὐτοῦ μετὰ καὶ ἑτέρων Βουλγάρων τοῦ Συμεῶν. καὶ  
 φωραθέντων αὐτῶν ὁ μὲν Ἰωάννης τύπτεται καὶ ἐγκλείεται  
 φυλακῇ, οἱ δὲ λοιποὶ τιμωρίαις οὐ ταῖς τυχούσαις ὑποβάλ-  
 λονται. ταῦτα δὲ δῆλα ποιήσαντος Πέτρου τῷ βασιλεῖ Ῥω-  
 ματῶ, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς τὸν μοναχὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγε- 15  
 γόνει ῥαίικτωρ, προφάσει μὲν ὡς ποιῆσαι ἀλλάγιον τῶν κρα-  
 τουμένων αἰχμαλώτων, τῇ δὲ ἀληθείᾳ Ἰωάννην κατασχεῖν καὶ  
 C ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαγεῖν. ὃ δὲ καὶ γέγονεν. εἰσελθὼν  
 γὰρ ἄμα τῷ Ἰωάννῃ ἐν τῷ πλοίῳ ἀπὸ Μεσημβρίας ἦλθεν ἐν  
 τῇ πόλει. μετ' οὐ πολὺ τούτου τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἀπορρι- 20  
 ψαντος καὶ γυναῖκα ἐπιζητήσαντος, δέδωκεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς  
 οἶκον καὶ κτήματα πάμπολλα καὶ γυναῖκα ἐκ τῆς αὐτοῦ πα-

beatur lectio, hoc ipse exequabatur, sibi convivisque geminam appo-  
 nens mensam; dumque usitato corpus enutriretur cibo, copioso la-  
 crimarum fonte effuso animam quoque cum contritione pascebat. nul-  
 lum unquam monachum virtutis studiosum observavit, cui cum multo  
 fletu suos non aperuerit actus: cunctas urbis ecclesias sumtuosis ve-  
 stibus praeclaraque cereorum et lampadum copia exornavit. sed et  
 monachis in montibus Olympo Cymena et Barachaeo vitam agentibus  
 annua stipendia quae decreverat mittere non interposuit.

Atque ita immensorum eius beneficiorum et liberalitatis histo-  
 riam pertexuimus. Petro vero Bulgaro parabat insidias Ioannes eius  
 frater cum Bulgaris aliis; quorum facinore cognito Ioannes quidem  
 verberibus castigatur et carcere includitur, in alios vero inusitatis  
 suppliciiis animadvertitur. Petro autem imperatori Romano haec ead-  
 em litteris manifestante, misit imperator Ioannem monachum, qui  
 rector extiterat, praetextu quidem ut captivorum detentorum com-  
 mutationem faceret, sed revera, ut Ioannem apprehenderet, et ad-  
 duceret CP. quod et factum est. una quippe cum Ioanne navim  
 ingressus Mesembria Cpolim navigavit. non diu post eodem mo-  
 nasticum habitum deponente et uxorem ducere exquirente, imperator

τριδος τῆς τῶν Ἀρμενιακῶν, γάμον τε λαμπρὸν ἐν τῇ τοῦ  
Καίσαρος οἰκίᾳ πεποίηκεν.

Μαρτίου δὲ μηνὸς δευτέρᾳ ἡμέρᾳ κοσμίτης ὃς ἐπέμενε 122  
τῷ φόρῳ ἐν τοῖς ἐκεῖσε κίουσιν, καὶ ἀπέκτεινε ἄνδρας ἕξ. γέ-  
5 γονε δὲ ἐμπρησμὸς μέγας καὶ φοβερὸς εἰς τὸν τοῦ φόρου ἔμ-  
βολον πλῆσιον τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὥστε κατα-  
καῆναι τὰ τε κηροπολεῖα καὶ τὰ γουνάρια τοῦ φόρου μέχρι  
τῶν ψηκῶν. ἐτελεύτησε δὲ Χριστοφόρος βασιλεὺς μηνὶ Αὐ-  
γούστῳ ἰνδικτιῶνος τετάρτης, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν  
10 τῇ ῥηθείᾳ μονῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. κατήγαγον δὲ Τρύφωνα  
πατριάρχην Αὐγούστῳ μηνί, ἰνδικτιῶνος τρίτης, καὶ ἀπειθόν-  
τος ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ τελευτᾷ, χηρευσάσης τῆς ἐκκλησίας χρό-  
νον ἕνα μῆνας πέντε διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς Θεοφυλάκτου  
υἱοῦ Ῥωμανοῦ βασιλέως. Βασίλειος δὲ τις Μακεδῶν πλάνος  
15 Κωνσταντῖνον Δοῦκα ἑαυτὸν βουλευτησάσας πολλοὺς μεθ' ἑαυ-  
τοῦ συνεπήγετο· οὗτος συσχεθεὶς ὑπὸ Ἐλεφαντίνου τουρμαρ-  
χου ἐκ τοῦ Ὀψικίου ὄντος ἤχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ  
ὑπὸ Πέτρου ὑπάρχου τῆς μιᾶς ἀλλοτριοῦται χειρὸς. εἶτα P. 506  
καιροῦ λαβόμενος καταλημβάνει πάλιν τὸ Ὀψίκιον, καὶ χεῖρα  
20 χαλκῆν ἀντὶ τῆς κοπέισης προσαρμολύμενος καὶ σπάθην ὑπερ-  
μεγέθη κατασκευάσας διήρχετο πλανῶν πολλοὺς ὡς αὐτὸς εἶη  
Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκὸς· οὗς καὶ συνεφελκόμενος με-

#### 15. ἐπιφημίσας Anonymus

domum et praedia plurima et coniugem eadem secum Armeniacorum patria ortam dedit, et in Caesaris aedibus celeberrimas peregit nuptias.

Martii porro mensis die secundo cosmites fori columnis superpositus in terram decidit virosque sex oppressit. contigit etiam incendium ingens et horrendum in fori porticu templo sanctissimae deiparae vicina, adeo ut cereorum artificum et pelliciariorum fori ad Psechas usque consumerentur officinae. Christophorus imperator mense Augusto, indictione quarta, diem supremum obiit, et in praefato patris sui monasterio corpus eius reconditum est. Tryphonem porro patriarcham Augusto mense, indictione tertia, deposuerunt, eoque in proprium monasterium se recipiente et defuncto annum unum et menses quinque, nondum matura Theophylacti imperatoris filii Romani aetate, ecclesia pastore viduata permansit. Basilius autem quidam Macedo, pravus impostor Constantinum ducem se ipsum mentitus, plurimos post se abducebat. hic ab Elephantino Opsicii turmarum praefecto Cpolim abducitur, et manuum altera a Petro praefecto truncatur. occasione deinde captata in Opsicium rursus digreditur, et truncatae vice manum aeream sibi adaptans ingentemque spatiam sibi accom-

γάλην κατὰ Ῥωμανοῦ ἀνταρσίαν κινεῖ. ἀποστελλας οὖν ὁ βασιλεὺς στρατὸν κατ' αὐτοῦ αὐτόν τε συνέλαβεν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· ὃν καὶ ἀγαγόντες ἐν τῇ πόλει ἀνέκριόν τε καὶ πολυβλὰς αὐτῷ πληγὰς ἐπέτιθέσαν. ὁ δὲ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει ἐσυκοφάντει ψευδῶς ὡς συνόντες αὐτῷ, μηδὲν δὲ ἀληθὲς<sup>5</sup> κατ' αὐτῶν λέγειν ἐξέλεγχθεις ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ πυρὸς καταράλωμα γίνεται.

Χειροτονεῖται δὲ πατριάρχης ὁ προορηθεὶς τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεοφύλακτος, Φεβρουαρίῳ β', Ἰνδικτιῶνος ε', τοποτηρητῶν ἐκ Ῥώμης ἀνελθόντων καὶ τόμον συνοδικὸν ἐπιφερομένων περὶ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας διαγορευόντα· οἱ καὶ τῷ πατριάρχῳ θρόνον τοῦτον ἐνίδρυσαν. Ῥωμανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ υἱῷ Στεφάνῳ γυναῖκα ἠγάγετο θυγατέρα οὖσαν τοῦ Γαβαλαῦ, ἐκγόνην δὲ Κατακυλαῦ, Ἄναν ὄνομα. ἡμα δὲ τῷ νυμφικῷ στεφάνῳ καὶ ὁ τῆς βασιλείας στέφανος<sup>15</sup> ἐπετέθειτο.

C Ἐγένετο δὲ ἐκστρατεία πρώτη τῶν Τούρκων κατὰ Ῥωμαίων Ἰνδικτιῶν ἑβδόμη Ἀπριλίῳ μηνί· οἱ καὶ καταδραμόντες μέχρι τῆς πόλεως ἐληΐσαντο πᾶσαν Θρακίαν ψυχῆν. ἀπεστάλη οὖν ὁ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ πρωτοβεστιάριος καὶ<sup>20</sup> παραδυναστεύων μετ' αὐτῶν ποιῆσαι ἀλλάγιον, πολλὰ παρ' αὐτῶν ἐπὶ τῇ φρονήσει καὶ εὐβουλίᾳ ἐπαινέθεις, ὅτε καὶ τὸ

modans vagabatur plurimos seducens, quasi ipse Constantinus ducis filius foret. hic multis sibi adlectis stupendam in Romanum rebellionem movet. imperator exercitu in eum immisso ipsum comitesque insequabatur; quem deinde captum et in urbem abductum, per tribunalia examinatum multis verberibus subiecerunt. ille sibi consulens insignes dignitate viros, quasi secum sentientes, mendacis confictis et a veritate alienis calumniabatur. convictus tandem ad Amastriani plateam ignis pabulum factus est.

Profatus autem imperatoris filius Theophylactus Februarii die secundo, indictione secunda, patriarcha consecratus est, adstantibus Romani pontificis legatis, et tomum synodalem de eius ordinatione tractantem proferentibus, eundemque collocantibus in throno patriarchali. ceterum Romanus imperator Stephano filio locavit uxorem Gabalae filiam, Catacyle neptim, Annam nomine, unaque cum nuptiali corolla imperii diademate redimitus est.

Turcorum autem adversus Romanos irruptio prima indictionis septimae Aprilii mense contigit; qui ad urbem usque excurrentes loca cuncta per Thraciam depopulati sunt. adversus eos igitur patricius Theophanes protovestiarius et imperii administrator missus est, laudem ab eis plurimam prudentiae et consiliorum gratiam reportans.

μεγαλόψυχον και φιλόανθρωπον αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπεδείξατο, μηδενὸς φεισάμενος χρήματος πρὸς τὴν αἰχμαλώτων ἀνάρρυσιν.

Ἦγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ τελευταίῳ υἱῷ Κωνσταντίνῳ 5 ἐκ γένους τῶν Ἀρμενιακῶν γυναῖκα τοῦνομα Ἑλένην, τοῦ πατρικίου Ἀδριανοῦ θυγατέρα, ἧς και τελευτησάσης ἑτέρα τοῦ- τον συνέζευξεν γυναικὶ ὀνόματι Θεοφανῶ.

Ἰουνίου δὲ μηνὶ ἑνδεκάτῃ, δεκατετάρτης ἰνδικτιῶνος, κα- 10 τέπλευσαν οἱ Ῥῶς κατὰ Κωνσταντινουπόλεως, χιλιάδες δέκα. ἀπεστάλη δὲ μετὰ τριήρων και δρομώνων ὁ πρωτοβεστιάριος Θεοφάνης, και τὸν τε στόλον προευνρεπίσας και κατοχυρώρας ὡς μάλιστα τοὺς Ῥῶς ἐξεδέχετο. ἐπεὶ ἐκεῖνοι κατέλαβον και πλησίον τοῦ Φάρου ἐγένοντο, οὗτος πρὸς τῷ τοῦ Εὐξείνου πόντου στόματι παρεδρεύων ἐν τῷ Ἰερῷ λεγομένῳ, και δὴ 15 πρῶτος ἐν τῷ ὀκείῳ δρόμῳ διεκπλεύσας, τὴν τε σύνταξιν τῶν Ῥωσικῶν πλοίων διέλυσεν και τῷ ἔσκευασμένῳ πυρὶ πλείστα κατέφλεξεν, τὰ λοιπὰ δὲ ἐτρέψαντο εἰς φυγὴν· ἣ ἀκολούθως οἱ λοιποὶ δρόμωνες ἐπεκδραμόντες τελείαν εἰργά- P. 507 σαντο τὴν τροπὴν, και πολλὰ μὲν πλοῖα κατέδυσαν ἄντανδρα, 20 πολλοὺς δὲ κατέστρωσαν, πλείστους δὲ ζῶντας συνέλαβον. κατῆλθε δὲ τῆνικαῦτα Ἰωάννης ὁ δομέστικος ὁ Κουρκούας μετὰ παντὸς τοῦ τῆς ἀνατολῆς στρατεύματος, και πολλοὺς τούτων

tunc temporis munificentiam et humanitatem plurimam Romanus imperator declaravit, nullis parcens pecuniarum expensis, cum captivi instarent liberandi.

Locavit etiam imperator Constantino filio postremo uxorem de Armeniacorum genere, Helenam nomine, Adriani patricii filiam. ea- que defuncta alteri nomine Theophano eundem copulavit.

Iunii porro mensis die undecimo, indictione decima quarta, Russi ad milia decem adversus Cpolim classem paraverunt. cum triremibus autem et celocibus protovestiarus Theophanes missus classem disposuit et apte munivit, adeo ut Russos praelio paratus esset excipere. ut appulerunt illi et Pharo vicini apparuerunt, primus ille ad Eunini Ponti fauces stationem posuit, loco cui Hierum nomen, omniumque primus celoce suo vectus Russicarum navium dissolvit ordinem, et praeparato igne nautico succendit, reliquas vero in fugam vertit; quem pone sequentes reliquae naves in adversarios irruentes perfectam hostium ediderunt stragem, navibus una cum militibus plurimis submersis, aliis multa parte caesis, vivis etiam quampluribus comprehensis. illuc pariter Ioannes domesticus Curcuas cum toto Orientis exercitu appulit, et huc illucque palantes depre-

διέφθειραν ἀποσπάδας τῆδ' ἀκακίαι καταλαμβάνων. πολλά γὰρ κακὰ οὗτοι διεπράξαντο. τό τε γὰρ Στενὸν λεγόμενον ἐνέπρησαν, καὶ οὓς συνελάμβανον αἰχμαλώτους τοὺς μὲν ἀνισταύρου, τοὺς δὲ τῇ γῆ προσεπατάλευσαν, τοὺς δὲ ὥσπερ σκοποὺς ἰσάντες βέλεσι κατετόξευον. ὄσους δὲ τοῦ ἱερατι-<sup>5</sup> κοῦ κλήρου συνελάμβανον, ὅπισθεν τὰς χεῖρας δεσμοῦντες ἤλους σιδηροῦς κατὰ μέσης τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεπήγνυ-  
 Βσαν, πολλοὺς τε ἁγίους ναοὺς τῷ πυρὶ παρέδωκαν. χειμῶ-  
 νος δὲ ἤδη ἐνισταμένου καὶ τροφῶν ἀποροῦντες ἐβουλείσαντο τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν, καὶ δὴ λαθεῖν τὸν στόλον σπουδάζον-<sup>10</sup> τες, Σεπτεμβρίῳ μηνὶ Ἰνδικτιῶνος δεκαπέμπτης νυκτὸς ἀντιπλευσαι ὠρηκότες ἐπὶ τὰ Θρακῶα μέρη ὑπὸ τοῦ ῥηθέντος Θεοφάνους ὑπηγήθησαν· οὐδὲ γὰρ ἔλαθον τὴν αὐτοῦ ἐγρηγορωτάτην ψυχὴν. εὐθὺς οὖν δευτέρα ναυμαχία ἐγένετο, καὶ πλεῖστα πλοῖα ἐβύθισεν· ὀλίγοι δὲ μετὰ τῶν<sup>15</sup> πλοίων περισωθέντες καὶ ἐν τῇ τῆς Κοίλης περισωθέντες ἀκτῆ νυκτὸς ἐπελθούσης διέφυγον. Θεοφάνης δὲ μετὰ νίκης ὑποστρέψας λαμπρῶς ἐντίμως ὑπεδέχθη καὶ παρακοιμώμενος ἐτιμήθη.

C Ἐπεὶ ὁ ῥηθεὶς Ἰωάννης ὁ μάλιστα ἄριστος ἐγένετο τὰ<sup>20</sup> πολεμικά, ἐπλάτυνεν ὄρους, πλείστας τε πόλεις ἐπόρθησεν  
 123 τῶν Ἀγαρηῶν, διὰ τὸ περιφανὲς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς

2. post διεπράξαντο adde ex Anonymo: πρὸ τοῦ τὸ Ῥωμαϊκὸν στρατεύμα κατελθεῖν Comb

hendens, cunctos ceu malorum plurimorum auctores internecione delevit. Stenum enim ita dictum igne vastaverunt, et quos cepere captivos, partim crucibus partim palis affixerunt; alios etiam in metam constitutos sagittis confoderunt. quotquot autem sacerdotalis ordinis deprehendere, manibus retro vinctis ferreos clavos per medium caput immiserunt, sauctasque aedes plurimas igne consumendas tradiderunt. ingruente porro hieme et annonae deficiente domos repetere consiliabantur: regiae tamen classi discessum occultare studebant. Septembri autem mense, indictionis decimae quintae, in Thraciae partes transfretari aggressi praefatum Theophanem habuerunt obvium: vigilantissimum enim eius animum latere non poterant. confestim igitur conflictus in mari secundus habitus, quo navigia plurima submersa sunt: pauci vero cum navibus ad Coeles littora servati incolumes nocte ingruente fugerunt. Theophanes autem victoria clarus revertens cum honore susceptus et accubitoris dignitate decoratus est.

Ut vero praefatus Ioannes magister bellicis rebus praestans habebatur, iuperii dilatabat fines, urbesque Agarenorum plurimas deva-



\* \* \* \* δομειστικὸς δὲ ἀντικαθίσταται ὁ πατρίκιος Πανθήριος, συγγενὴς τοῦ βασιλέως ὧν Ῥωμανοῦ.

Ἰνδικτιῶνι πρώτῃ Ἀπριλλίῳ μηνὶ ἐπῆλθον πάλιν οἱ Τυῶχοι μετὰ πλείστης δυνάμεως. ὁ δὲ πατρίκιος Θεοφάνης 5 ὁ παρακοιμώμενος ἐξελθὼν σπονδὰς εἰρηναίως ἐποίησεν μετ' αὐτῶν, χρόνους πέντε τὴν εἰρήνην διαφυλαχθῆναι.

Δευτέρῃ Ἰνδικτιῶνι ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς Πασχάλιον πρωτοσπαθάριον καὶ στρατηγὸν Λαγοβέρδων πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας Οὐγωνα ἐξαπέστειλεν, τὴν τοῦ αὐτοῦ θυγατέρα ἐπι- 10 ζητῶν εἰς νύμφην Ῥωμανῷ τῷ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου υἱῷ. ἦν καὶ ἀναλαβὼν ὁ εἰρημένος Πασχάλιος μετὰ πλούτου πολλοῦ ἐν τῇ πόλει ἀνήγαγεν. γέγονε δὲ ὁ γάμος Σεπτεμβρίῳ μηνί. ἦτις καὶ ἐτελεύτησεν ζήσασα ἔτη μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς πέντε.

15 Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς αὐτοκρατορίας Κωνσταντίνου τοῦ αὐτῆς πενθεροῦ, ἀνέμου βιαίου σφόδρα καταπνεύσαντος, Σεπτεμβρίῳ μηνί, οἱ λεγόμενοι ἐν τῷ ἵππικῷ δῆμοι κατέπεσον, οἱ 124 20 αἰπ' ἐναντίας τοῦ βασιλικῷ θρόνου ἐτύγχανον, καὶ συνέτριψαν τὰ ὑποκάτωθεν μάρμαρα καὶ στηθεὰ λεγόμενα. χρόνον δὲ περικυκλωμένου τῷ αὐτῷ μηνί τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν τοῦ P. 508 παλατίου κατήγαγον.

Τῆς δὲ πόλεως Ἐδέσης, ἐν ἧ τὸ τίμιον τοῦ Χριστοῦ ἔκμαγεῖον ἀπέκειτο, παρὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολιορκουμένης στρατεύματος καὶ εἰς ἀνάγκην μεγίστην προΐσταμένης, ἀπέσται-

stabat. propter tanti viri gloriam . . . substitutus est domesticus patricius Pantherius, Romani imperatoris affinis.

Indictionis primae Aprili mense rursus irruerunt Turci cum magnis viribus: patricius autem Theophanes accubitor egressus pacis foedera in annos quinque servanda cum eis composuit.

Indictione secunda Paschaliu[m] protospatharium et Longobardiae ducem ad Franciae regem Hugonem, filiam eius Romano Constantini eius generi filio uxorem petiturum, Romanus imperator misit, quam multis una cum opibus secum assumptam praefatus Paschalius in urbem adduxit. Septembri deinde mense nuptiae celebratae sunt. haec cum viro annis quinque socialis vitae decursis mortua est.

Temporibus imperii Constantini, eius soceri, vento validissimo perflante demi in circo opposita regii throni regione erecti deciderrunt, subiectaque marmora columnasque pectoralia dictas contriverunt. anni autem vertente circulo, hoc ipso mense, Romanum imperatorem a palatio eduxerunt.

Urbe autem Edessa, in qua venerandum Christi sudarium repositum, a Romano exercitu obsessa et in ultimam angustiam deducta,

λαν οἱ ταύτης οὐκίητορες πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαῶν δια-  
 πρσβευόμενοι τὴν πολιορκίαν λυθῆναι, τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ  
 ἄγιον ἐκμαγεῖον παρέχειν ἐπαγγελλόμενοι. ὑπὲρ τοιαύτης δὲ  
 χάριτος δεσμίους ἤτησαντο τῶν ἐμφανῶν ἀντιλαβεῖν, χρυσο-  
 βούλλιον τε λαβεῖν ὥστε μηκέτι τὴν τούτων χώραν παρὰ τοῦ 5  
 Ῥωμαίων στρατοῦ ληΐζεσθαι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. τοῦ δὲ  
 Β ἁγίου ἐκμαγεῖου ἀποσταλέντος καὶ ἤδη τῇ Κωνσταντινουπόλει  
 πλησιάζοντος, Θεοφάνης ὁ πατριίκιος καὶ παρακοιμώμενος ἐν τῷ  
 ποταμῷ Σάγαρ ἐξελθὼν ὑπήνητησεν αὐτῷ μετὰ λαμπρᾶς τιμῆς  
 τε καὶ ὑμνωδίας, καὶ τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνός 10  
 σὺν αὐτῷ ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθεν, τοῦ βασιλέως ἐν Βλαχέρναις  
 ὄντος κάκει αὐτὸ προσκυνήσαντος. τῇ δὲ ἑκαύτῳ ἐξῆλθεν  
 ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ· οἱ δὲ τοῦ βασιλέως δύο υἱοὶ Στέφα-  
 νος καὶ Κωνσταντῖνος καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος  
 σὺν τῷ πατριάρχῃ Θεοφυλάκτῳ, καὶ μετὰ τῆς δεούσης τοῦτο 15  
 ἀναλαβόντες τιμῆς, τῆς συγκλήτου πίσης προπορευομένης καὶ  
 φωταγωγίας μεγίστης προαγούσης, μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας  
 τοῦ Θεοῦ σοφίας πᾶζόν διεκόμισαν, καὶ προσκυνηθῶν ἐκείσε  
 C ἐν τῷ παλατίῳ ἀνήγαγον.

Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις Ἀρμένιόν τι τέρας τῇ 20  
 πόλει ἐπεφοιτῆκει, παῖδες συμφνεῖς ἄρρενες ἐκ μιῶς προελ-  
 θόντες γαστρὸς, ἄρτιοι μὲν πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος,  
 ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς καὶ μέχρι τὸν ὑπογα-

ad Romanum imperatorem obsidionem solvi missis legatis eius inco-  
 lae precati sunt, sacrum Christi sudarium simul exhibituros polliciti.  
 huic gratiae compensandae nobiles ex suis captivos recipere, foedus-  
 que aurea bulla firmatum, ne regionem eorum Romanus exercitus de-  
 vastaret, petierunt; quod et praestitum est. sacro vero sudario ita  
 misso iamque Cpoli vicino, ad fluvium Sagarim cum magnifico appa-  
 ratu et cantibus, Theophanes patricius et accubitor obviam processit,  
 et Augusti mensis die decimo quinto, imperatore ad Blachernas ve-  
 niente et ibidem adorante, in urbem intulit. sequenti luce progres-  
 sus est ad portam Auream: Stephanus autem et Constantinus, duo  
 imperatoris filii, unaque Constantinus eius gener cum Theophylacto  
 patriarcha, universo praecedente senatu, debito honore susceptum sa-  
 crum pignus, praevia cereorum multitudine, ad sanctae dei sapientiae  
 templum pedes detulerunt, exhibitoque cultu adoratum in palatium  
 induxerunt.

Temporibus istis portentum quoddam ex Armenia in urbem in-  
 vectum, pueri duo masculi uno ventre progressi et ad invicem com-  
 plantati, a ventriculi ore ad pubem usque sibi adhaerentes, venis-

στέρα συμπεφυκότες καὶ ἀλλήλους ὑπάρχοντες ἀντιπρόσωποι· οἱ ἐπὶ πλεῖστον τῇ πόλει ἐνδιατρίψαντες, καὶ ὑπὸ πάντων ὡς ἐξαίσιόν τι τέρας ὀρώμενοι, τῆς πόλεως ὡς πονηρὸς τις οἰωνὸς ἐξηλάθησαν. ἐπὶ δὲ τῆς μονοκρατορίας βασιλείας 5 Κωνσταντίνου πάλιν εἰσῆλθουσιν. ἐπεὶ δὲ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐτέθνηκεν, ἰατροὶ τινες ἔμπειροι τὸ συγκακολλημένον μέρος D διέτεμον εὐφυνῶς, ἐλπίδι τοῦ τὸν ἕτερον ζῆσεσθαι· ὃς τρεῖς ἡμέρας ἐπιβιούς ἐτελεύτησεν.

Καὶ ἐν πᾶσι μὲν, ὡς ἀνωτέρω εἶρηται, μοναχοῖς πίστιν 10 ἐκέκτητο ὁ βασιλεὺς, διαφερόντως δὲ ἐτίμα καὶ ὑπερέσεβεν Σέργιον τὸν ἐν μονασταῖς διαλάμποντα, ὃς ἀδελφὸς μὲν τοῦ μαγίστρου ἐπεφύκει Κοσμᾶ, ἀνεψιὸς δὲ τοῦ πατριάρχου Φωτίου ἐτύγχανεν· ὃν πλέον τῆς σαρκικῆς εὐγενείας ἢ κατὰ 15 μὲθ' ἑαυτοῦ εἶχεν ὁ βασιλεὺς, κανίνα ὄντως καὶ σταθμὴν τὸν αὐτοῦ βίον αἰεὶ ἑνθμιζοντα· ὃς πολλὰ παρῆγει τῷ βασιλεῖ τῶν παιδῶν ἐπιμελεῖσθαι καὶ μὴ ἀπαιδεύτους εἶναι εἰς πονηρίαν ἐγκλίνοντας, μὴ ποτε καὶ αὐτὸς πάθοι τὸ τοῦ Ἡλεί. ἐπεὶ δὲ τοῦ παλαιῶν τοῦτον οἱ παῖδες πατήγαγον καὶ ἐν τῇ 20 Πρώτῃ νήσῳ ἐξώρισαν, πάλιν τοῦτον εἶχε τῶν συμφορῶν πα- P. 509 ραμίθιον καὶ τῶν θλίψεων ἀκεσώδυνον φάρμακον. ᾧ συνῆν τότε καὶ Πολύευκτος μοναχὸς εὐλαβέστατος, καὶ αὐτὸς τὰ

que inter se vultibus visebantur; qui cum diu in urbe morati fuissent, velut infaustum portentum et infestum omen habiti, urbe eiecti sunt. Constantio vero solo imperante rursus ingressi sunt. ut autem eorum alter mortuus est, medici quidam peritissimi cohaerescentem partem, alteram incolumem vivamque servaturos se praestolati, solerter exciderunt; puellus iste diebus tribus superstes mortuus est.

Et in omnibus quidem, ut enarratum supra, monachis fidem habebat imperator: privatim vero prae omnibus Sergium monasticis moribus praestantem colebat et venerabatur. hic magistri Cosmae frater, nepos vero Photii patriarchae fuerat; quem animae nobilitas quam carnis ingenuitas reddebat illustriorem. istum itaque reverendum iugem comitem secum ducebat imperator quasi veram regulam et amussim ipsius vitam dirigentem. hic plurimum hortabatur imperatorem, filiorum curam ageret, neque illos in malum absque disciplina prouere sineret, ne quando, quae Heli, pateretur. ut vero a filiis e palatio deiectus est et in Protam insulam relegatus, hunc rursus habuit calamitatum solatium et angustiae remedium lenitivum; eidemque tunc temporis Polyeuctus monachus piissimus aderat, crebris eum hortamentis, ut decebat, consolaturus.

εἰκότα παραμυθούμενος · ὃς τοῦ πατριάρχου Θεοφυλάκτου  
τελευτήσαντος πατριάρχης ὑπὸ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου  
προχειρίζεται.

Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς τρόπους ὁ θεὸς βούλεται σώζειν τὸν  
ἄνθρωπον, συνεχώρησεν καὶ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν συμφορᾷ 5  
ἄδοκῆτι περιπεσεῖν, ἵνα δι' αὐτῆς σωφρονισθεὶς καὶ τῶν οἰ-  
κείων ἐν αἰσθήσει παραπτωμάτων γενόμενος σωτηρίας ἀξιω-  
θῇ. συνεχώρει γὰρ ἐπαναστῆναι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Στέφανον,  
B ὥσπερ ποτὲ Ἀβεσσαλώμ ἐπανάστη Δαυὶδ τῷ οἰκείῳ πατρί.  
συμβούλοις οὖν οὗτος πρὸς τοῦτο χρῆσάμενος τῷ τε ἀπὸ μο- 10  
ναχῶν Μαρριανῷ καὶ Βασιλείῳ τῷ Πετεινῷ καὶ Μανουὴλ τῷ  
Κουρτίκῃ, συνειδότην αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων βασιλέων, τοῦτον  
τοῦ παλατίου κακῶς κατήγαγεν καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἔξο-  
ρίσας ἀπέκειρεν μοναχόν.

Ἀδοκματορία Κωνσταντίνου.

15

C Ὑπελείφθη οὖν αὐτοκράτωρ Κωνσταντίνος ὁ τούτου γαρ-  
βρός, ὃς παραντίκα Βάρδαν τὸν τοῦ Φωκᾶ τῇ τοῦ μαγίστρου  
ἀξία τιμήσας, ὃς χρόνῳ πολλῷ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδραγα-  
θίαν πολλάκις ἐπιδειξάμενος, δομέστικον τῶν σχολῶν προχει-  
ρίζεται. εἶτα τὸν Βασιλείον, ᾧ ἐπὶ κλην Πετεινόν, πατρίκιον 20  
καὶ μέγαν ἐταιριάρχην, τὸν δὲ τοῦ γένους τῶν Ἀργυρῶν  
Μαρριανὸν τὰ μοναχικὰ ἀποδύσας πατρίκιον καὶ κόμητα τοῦ

hic, patriarcha Theophylacto e vivis sublato, a Constantino imperatore patriarcha promotus est.

Ut vero deus miris modis hominem servare consuevit, imperatorem Romanum in calamitatem non expectatam incidere permisit, ut per eam eruditus et de propriis delictis admonitus salutem consequi dignus inveniretur. toleravit enim filium eius Stephanum, velut quondam Abessalon in David proprium patrem rebellis fuit, ita in eum insurgere. Constantinus quippe Mariano exmonacho et Basilio Petino et Manuele Curtice propositi consciis, necnon aliis imperatoribus facinus promoventibus usus, patrem e palatio improbe deturbavit et ad Proten insulam relegatum monachum detonderi iussit.

#### SUPREMUM CONSTANTINI IMPERIUM.

Imperator itaque Romani gener Constantinus relictus est. hic statim Bardam Phocae filium magistri dignitate ornavit, qui cum multo tempore bellicae virtutis in praeliis specimina frequentius exhibuisset, scholarum domesticus institutus est. Basilius etiam cognomento Petinus patricius et magnus hetaeriarcha provectus est. imperator etiam Marianum, Argyrorum sanguine ortum, monastico habitu exutum

σταύλου πεποιήμεν, ὡσαύτως καὶ Μανουὴλ τὸν ἐπιλεγόμενον  
 Κουρτίκην πατρίκιον καὶ δρουγγάριον τῆς βίγλας· οὓς τινὰς  
 τρεῖς μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἢ τοῦ Θεοῦ δικαία κρίσις, ὡς εἰς  
 χριστὸν κυρίου παροινήσαντας καὶ χεῖρας ἐπιβαλόντας, τῆς D  
 5 βασιλείας ὀρεγομένους μετῆλθεν· ἐπὶ καθοσιώσει γὰρ κατα-  
 ληφθέντες ἐκάτερος αὐτῶν οἰκτίστῳ θανάτῳ τὸ ζῆν ἀπέρρη-  
 ξεν. τὰ δὲ περὶ αὐτῶν πλατύτερον τε καὶ ἐπεξεργαστικώτε-  
 ρον ἐν τῇ προειρημένῃ ἐπεξηγήσει ἐκθήσομαι. μετὰ δὲ τες- 125  
 σαράκοντα ἡμέρας, τῇ εἰκάδι ἐβδόμῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός,  
 10 ὑποπεύσας Κωνσταντῖνος τὸν τε βασιλέα Στέφανον καὶ Κων-  
 σταντῖνον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μὴ ποτε κατ' αὐτοῦ τὰ ὅμοια  
 διαπραΰξωνται, καὶ λογισάμενος ὅπερ ἦν εἰκός, ὅτι εἰ τοῦ  
 ἰδίου πατρὸς οὐκ ἐφείσαντο, πῶς αὐτοῦ φείσσονται; ἐστιύσας  
 αὐτοὺς ἤδη ἐν τῇ τραπέζῃ καθαζομένους, ἔτι τῆς βρώσεως  
 15 οὔσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, ἀνήρπασαν τούτους οἱ τε λεγό-  
 μνοι Τορνίκοι καὶ ὁ πατρίκιος Μαρριανὸς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ P. 510  
 πρὸς τοῦτο εὐτρεπισμένοι, καὶ τοῦ παλαίου κατήγαγον, καὶ  
 ἐν ταῖς πλησιαζούσαις νήσοις αὐτοὺς περιώρισαν καὶ κληρι-  
 κοὺς ἀπέκτειραν. μετ' ὀλίγον οὖν αἰτησάμενοι οὗτοι τὸν ἴδιον  
 20 πατέρα θεάσασθαι ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ παρεγένοντο, καὶ τοῦ-  
 τον ἐν τῷ μοναχικῷ σχήματι θεασάμενοι πένθει κατεσχέθη-  
 σαν ἀφορήτῳ· οἷς ἐπιδακρύσας ὁ πατὴρ ἔφη “υἱοὺς ἐγέννη-  
 σα καὶ ὑψωσα· αὐτοὶ δὲ μὲ ἠθέτησαν.” εἰδ' οὕτως ἔχωρί-

creavit patricium et stabuli comitem. Manuelem insuper, Curticem dictum, patricium et excubiarum drungarium promovit; quos quidem tres interiecto brevi spatio iustum dei iudicium, velut eos qui in Christum domini peccassent et in eum manus iniiecissent violentas, imperii cupiditate motos incessit: maiestatis quippe laesae rei deprehensi, singuli misera morte abruperunt. prolixiorem autem et elaboratam magis de illis narrationem opere praedicto instituum. post dies vero quadraginta, Ianuarii mensis septimo supra vicesimum, Stephanum et Constantinum eius fratrem, ne quandoque paria in se attentarent suspicatus, et simile vero reputans, ut qui proprio non pepercissent patri, minus ipsi condonarent, recumbentes secum ad mensam, escis adhuc in eorum ora positis, comprehendi iussit: abripuerunt porro quidam Tornacii dicti, et patricius Marianus, et qui ad hoc parati fuerant reliqui, palatioque eduxerunt, et clericali tonsura multatos in proximas insulas deportaverunt exules. haud diu post videndi patris desiderio moti ad Proten insulam profecti sunt; eumque monastico habitu vestitum conspicati in luctum proruperunt immensum: quibus pater collacrimatus ait “filios genui et exaltavi: ipsi autem spreverunt me.” atque ita relegati sunt, Stephanus quidem in Proe-

οθησαν, ὁ μὲν Στέφανος εἰς Προικόνησον, ἀπὸ δὲ Προικονήσου εἰς Ῥόδον, ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Μιτυλήνην, ὁ δὲ Κωνσταντῖνος εἰς Τένεδον, ἐκεῖθεν εἰς Σαμοθράκην, ἐν ἧ καὶ ἀνταρ-  
**B** Βσίαν μελετήσας κατὰ τῶν αὐτὸν φυλασσόντων ἐσφάγη. *Μιχαὴλ δὲ τὸν τοῦ Χριστοφόρου βασιλέως υἱόν, τὰ βασιλικά πέβιλα 5 ἀφελόμενος, κληρικὸν πεποίηκεν. ὄντος δὲ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐν τῇ νήσῳ ὁ πατριάρχης Θεοφύλακτος καὶ Θεοφάνης ὁ πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος βουλὴν ἐβουλεύσαντο ὥστε πάλιν τοῦτον ἐν τῷ παλατίῳ ἀγαγεῖν. ἦν καὶ αὐτῷ ἀνακοινωσάμενοι καὶ παραπείσαντες τοῦτον ἐκαιροσκοποῦν πότε τὸ πέ-  
 ρας τῇ τοιαύτῃ βουλῇ ἐπιθήσουσιν. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς βουλῆς ἐφωράθησαν καὶ κατεμηνύθη Κωνσταντίνῳ βασιλεῖ, τοὺς συν-  
 εργοὺς ταύτης ἡμύνητο. τὸν μὲν Θεοφάνην πατρίκιον ἐξώ-  
 ρισεν, τὸν δὲ πρωτοσπαθάριον Γεώργιον καὶ πινκέρην καὶ  
**C** Θωμᾶν πριμικήριον δείρας καὶ κουρεύσας καὶ μέσον τῆς πό- 15  
 λεως θριαμβεύσας, οὕτως ὑπερορίᾳ παρέπεμψεν. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνί, ἑ' Ἰνδικτιῶνος, ἐπιβουλὴν τινες κατὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐμελέτησαν, βουλόμενοι τὸν βασιλέα Στέφανον ἐν τῷ παλατίῳ ἐκ τῆς νήσου ἀγαγεῖν. ταύτης οὖν μηνυθεί-  
 σης Κωνσταντίνῳ διὰ *Μιχαὴλ τοῦ Διαβολίνου λεγομένου 20*  
 τοὺς ἐπιβούλους δαρμῶ ἀφορήτῳ ὑπέβαλεν. τοὺς μὲν τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὄτα ἀπέτεμεν, καὶ ὄνοις ἐγκαθίσας διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐθριάμβευσεν. πέμπτη δὲ καὶ δεκάτῃ Ἰουλίου*

conesum, et a Proeconeso Rhodum, e Rhodo denique in Mitylenem; Constantinus autem in Tenedum, et inde in Samothraciam, in qua tumultum et seditionem adversus custodes machinatus ab eis trucidatus est. Michael autem, Christophori imperatoris filium, detractis imperialibus calceis clericum esse iussit. ceterum Romano imperatore in praedicta insula morante, Theophylactus patriarcha et Theophanes patricius et accubitor inierunt consilium ut eum rursus in palatium eveherent. re ipsi communicata et persuasa, tempus explorabant commodum, quo consilio finem imponerent. eo tamen detecto et ad Constantinum imperatorem delato, consortes eius poenis debitis ultus est. Theophanem patricium misit in exilium, protospatharium vero Georgium et pincernam et Thomam primicerium verberibus multatos et detonsos perque mediam urbem tractos exules deportari. Decembri vero mense, indictione sexta, adversus Constantinum imperatorem structis insidiis Stephanum imperatorem ex insula erutum in palatium inducere moliti sunt. insidiis Constantino manifestatis per Michaelem nomine Diabolinum, auctores intolerandis subiecit verberibus; et hos quidem praecisis naribus, alios auribus multatos asiuisque impositos per mediam urbem traduxit. ceterum Iulii mensis die decimo quinto,

μηρός, ἕκτης ἰνδικτιῶνος, Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ νήσῳ D  
προτελευτᾷ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει διακομισθὲν ἐν 126  
τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ.

5 ἐτελειώθη ἡ τῶν νέων βασιλέων χρονογραφία, πληρωθεῖσα παρὰ  
Μενοτος γραμματικοῦ, μηνὶ Ἰουλίῳ ὀγδόῃ, ἑορτῇ τοῦ ἀγίου με-  
γάλου μάρτυρος Προκοπίου, ἔτους 594, ἰνδικτιῶνι ἑνδεκάτῃ.

indictione sexta, Romanus imperator in memorata insula praemoritur;  
corpusque eius in urbem elatum, eo quod condiderat monasterio de-  
positum est.

Recentiorum imperatorum Chronographia finem accepit a Leone  
grammatico, absoluta mensis Iulii die octavo, praeclari marty-  
ris S. Procopii festo, anno a mundi conditu 6521, indictione  
undecima.